

dum fuerit; cum succedaneorum censura non nisi peritissimis Medicis credi possit ac debeat, ut potest in qua non nuda qualitas, sed qualitatibus quoque gradibus, ac operationis in super modum doctâ plane & solerti indagine pensitandus.



CAPVT OCTAVVM.

De Venenis, eorundemq; Antidotis seu Alexipharmacis.

ETh in confesso est celeberrimas illas antidotos Mithridaticum nimirum ac Theriacam a Damocrate & Andromacho ante aliquot secula pellendis quibusuis venenis, eorundemq; noxis abolendis adinventas constructasq; fuisse, ac contra venenatorum animalium ictus, percussiones, & morsus præclaram & efficacem omnino opem præstitisse, quibus longa posteritatis observatio multa experimentorum serie fidem non modo fecit, sed & utriusq; Antidoti famam ad nostra hæc usq; tempora non sine perennis glorie encomio ac laude deduxit. Venenorum tamen varietas, ac eorundem diversa vel natura, vel

vel conditio peculiaria quadam cuius libet toxicici Alexipharmaca expetere visa fuit, ut sua quodlibet antipathia alterius noxa reluctaretur. Cum enim non uno eodemq; modo obsint omnia, sed venenum hoc adurendo, alterum extremis frigefaciendo stupefaciendoq; aliud constipando grauandoq; plurima verò erodendo noceant, idcirco singulis fere venenis singula sunt & reperta & instituta Alexiteria, ut unum alterius noxam profligaret, attereret, antitoxicum cum toxico pugnans id ipsum euinceret, fractisq; malitiei viribus vel expelleret, vel annihilaret. Pro cuius notitia animaduertendum, aliqua primis solum qualitatibus nociua existere, ut quae summo caloris aut frigoris excessu corpus laedunt, prout inter calida Euphorbium, inter frigida Opium & Hyoscyamus: alia secundis qualitatibus obsint, nonnulla ab occulta proprietate seu substantia modo nunc his, nunc illis animantibus vel membris, prout lepus marinus pulmonibus, Cantharides verò vesicae nocent, analoga quadam vi vim inferunt, ut Nux Vomica, quae canibus & animalibus cunctis, quae caeca nascuntur internecioni est. Aliqua non aliter quam certa dosi venena existunt, ut Crocus, qui cum cor exhilaret, triū tamen drachmarū pondere exhibu⁹, homines, magis tamen viros quam feminas necare creditur. Unde colligitur suo cuiq; veneno suū quoq; Alexipharmacum de.

debita dosi, modo, temperatura, ac qualitate prædictum merito esse opponendum. Et licet Theriaca ac Mithridatum contra omnia venenorum noxia commodissime exhibeantur, ut quæ plurima eorum denicisse ac expugnasse sint observata, id tamen de venenis ex vegetabilibus aut animalibus productis, quam maxime intelligendum, cum in metallicis, quæ erodendo potissimum, & alterius alicuius generis aut speciei qualitate ledunt, cum non semper effectum sortiantur, quem in iis, quæ à specifica quadam forma exitiaria sunt, prestare solent. Vnde si Arsenicam, Realgar, Auripigmentum, aut Mercurius sublimatus deuoratus, aut aqua fortis caustica ebibita fuerit, plus hic valebit Amygdalino olei, aut butyri in pingui iure dissoluti potio, aut jus quoduis adiposum large ac crebrius haustum, in super omne id quod ventriculum & intestina suo vel lentore defendere, aut erodentium acrimoniâ pinguedine obtundere potest, quam omnia alia quantumvis maxima prestare valent alexiteria, adeo enim pinguibus istiusmodi viscera lubricantur, ut caustica ac corrodentia pharmaca seu venena his minus adherere, ideoque ea minus ledere queant, unde etiam hæc ipsa ad Calcem, Cannabarium, Sandaracam, Auripigmentum, ac alia quævis erodentia summo opere celebrantur. Vulgarium vero venenorum Alexiteria hæc ferè cum a veteribus, tum neotericis esse traduntur.

Venc-

Venenum.

A Nacardiorum
Flammulae, ac
vrtice seminis - - -

Argenti viui - - -
Æris squammæ &
æruginis - - -

Bryoniae - - -
Cantharidum - - -

Alexipharma-
cum.

Seminis Cydoniorum, Psyl-
lij aut Malua mucila-
go, vel Hordei cremor
potus.

Costus, Myrrha, Ruta,
Mulsæ copiosa pota ac vo-
mitu redditæ, Menthe
succus sumptus, Terra
Lemina, Corallum ru-
brum.

Piper nigrum.
Grana Halicacabi & lac
Amygdalinum, vel e-
mulsiō seminis Cucu-
meris, aut sem. frigi-
dorum majorum cum
aqua hordei parata.
Decoctū seminis Mal-
ua, Lini ac Fœnugraci
clystere infusum, quin
iurō butyrum crudum
recens delinctū, aut ius
esculentum idq; adipo-
sum crebro haustum,
vel etiam lac quoduis

Cere-

		ab ubere recens. e potu.
Cerebri	felis seu	Moschi optimi scrupulus
Catti.	- - -	dimidius.
Geruffæ	- - -	Nuclei Persicorum ex pti-
		sana poti. Vinum bo-
		num magnâ quantita-
		te haustum. & clysmata
		ex decocto caulium
		rubrorum & largo oleo.
Cicutæ.	- - -	Gentiana. (tiara.
Cyclaminis.	- - -	Terra Lemnia ac Gen-
Ephemer Colchici.		Lac bubulū copiose hau-
		stum, Succus Rubi po-
		tus, Allium, & Origā-
		nū cum lixiuio bibitum
Euphorbij.	- - -	Semen Citri cum vino E-
		nule. Pinguia omnia,
		Oleum Amygdalinum,
		butyrum, lac acidum,
		emulsio seminum fri-
		gidorum. Mucilago
		Cydoniorum ex semine
		parata, itēq; ex pti sana.
Fungorum.	- - -	Diatrion pipereōn. Allii
		crudum. Calamintha.
		Stercus galline siccum
		ex Melle & Vino, quia
		vomitum. prouocat,
		Gypsi

quo item nomine grana aliquot. Antiqui vitrificati comendantur.

Gypsi. - - - Cinis fraticum fabarum drachmarum duarum pondere cum vino decoctionis Hissopi. Oleum eorum, & Origanus ex Passo sumptum.

Hellebori. - - - Castoreum, aut flores Nymphaea cum vino, nec non mala Cydonia, itemque Malsa cum butyro pota.

Hyoseyami, ac Solani somniferi. - Nasturtium agreste, Allium, Cardamomum, Ruta, aut Piper longum, ex vino sumptum.

Leporis marini. - - Humanus aut anserinus sanguis calens haustus. Lac asininum, aut decoctum radicem Malvae potum, vel cancri fluuiales cum suo jure elixi & deuorati.

Lythargyrij, & scobis plumbi - - Semen Apij, ac Myrrha ex vino Absinthitis aut decocto eius hausta.

Mandragorae - - Raphanum, Castoreum Ruta
Mezo-

Mezereonis. - - -	Et Sinapi ex aceto olfa-
Napelli. - - -	Origanum. (Ete.
	Diamoschu, Diambra.
	Lapis Bezoar, Sma-
	ragdus, Semen Napi.
Nucis vomicæ. - -	Cortex Citri.
Opij. - - -	Castoreum, Piper, Crocas
	vinū generosum, Am-
	bra.
Sanguinis & lactis in ventriculo con- creti.	Coagulum omne maxime verò leporinum, quin Et oculi cancri. Mu- mia, aut Nitrum ex Thymi Et Calaminthe, vel Cerefolij decocto haustum, itemq; sper- ma Ceti cum consimili liquore sumptum, atq; in super Pulvis ad ca- sum inscriptus.
Sanguinis menstrui.	Trochisc. de Viperis Mar- garitta pondere drach- mae unius.
Scammoneæ. - - -	Succus Ribes, Cydonio- rum, Acetose.
Tythimali. - - -	Mumia drachma cū vi- no, aut Theriaca cū de- cocto Diptami Et Ennle

Sunt

Sunt hæc idèò summâ diligentia à nobis ad-
iecta & huc inserta, ut si quis siue per incuriam
sui ipsius, siue per malitiam alterius intoxicatus
fuerit, cognita veneni specie alexiterium conse-
ctum hinc peti queat, cum plerâq; venenorum e-
numeratorum præsens, promptum ac festinum
protinus remedium expetant, ac Medicus non
semper ad manum sit, cuius consilio intoxicatus
confestim uti queat. Maxime autem euenit in-
fantes venenorum periculis exponi, cum obuia
quâq; ori ingerant, ac sine dolectu pura æquè at-
que impura vel lingant, vel omnino absorbeant.
Vnde venenorû aliquâ cautelam ac præceptionem
quâdam, qua ratione eorum præcipua demolien-
da, expellenda, vel annihilanda vel eorum vis ad
tempus saltem, donec debita medicatio præstetur,
necessario subiiciendam esse arbitrati sumus.



CA P V T NON V M.

De Ponderibus & Mensuris

Medicis.

RESTE sanè hucusq; communis Philosophorum
schola omnia pondere, numero, & mensura
contineri docuit; hac enim agendorum sunt quasi
E quid